

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0036

**LOG Titel:** De Scythica Ave. Cap. XIII.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.


## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)


## DE SCYTHICA AVE.

## Cap. XIII.

**S**CYTHICAM Auem ceteris Aquilis hic etiam subiungere visum est. Nam & Aristoteles capiti de Aquilis eius tractationem statim subnectit, eamque multa more Aquilarum facere asseuerat; Et Albertus cum Olao Magno oculato teste hanc ipsam Aquilam appellare non verentur. Magnitudine enim, & figura etiam quam maximis Aquilis non est absumilis, uti icon eius ex Olai historia Septentrionali apponenda declarat. De hac ita scribit Aristoteles *Scythia terra incolae est Anis magnitudine Otidis seu Tarda Auis, quae duos procreat pullos; & quae peperit oua, non incubatu fouet, sed condita in Leporinae aut Vulpinae pelle relinquit, atque ita obuoluta in summa arbore collocat. Cumq; à venatione vacat, custodit, & si quis scandit, impugnat, & verberat alis, perinde ut Aquile faciunt.* De eadem Plinius, his verbis: *In Scythis Anis magnitudine Otidis, binos parit in Leporinae pelle semper in cacuminibus ramorum suspensa.* Niphus dubitat, an Anis hæc Scythica Otidis genus sit; ab Otide quidem .i. à Tarda Aue, quam nos cognoscimus, dictam, quoniam Græcè legitur ἐν τῇ Συθία ὀπίθων γένος ἐστὶν αἰωνίδης, sed Gaza legit ὄσιδης; Plinium scilicet secutus & rectè mea quidem sententia. Neq; enim Otidem siue nostram siue alterius generis, hanc Auem esse putarim, sed de genere Aquilarum, ut antè differuimus. Albertus utrūq; authorem scilicet Aristotelem & Plinium falsi insinulat, maiori fortassis audacia, quam ratione nixus, etiam si nobis oculatam suam fidem obtrudat, ubi ait: *omne genus Aquilarum partes Vulpinae pellis siue à vulpe, quam raptam lauarii, siue causa inuētus colligere soles, ut oua in eis reponat, vel in alio quopiam loco calido & molli pilo. Quod autem Plinius prodit Aquilam Aquilonarem oua in pelle Vulpis inuoluta à ramis arborum suspendere, donec calore solis foueantur, perficiantur & excludantur pulli, tum ad eos redire experius sum est.*



se falsissimū, quoniam in Liuania, ubi Aquile Aquilonares & perquam feroces magnæq; sunt, nihil planè eiusmodi experimur, sed potius fouent oua Aquila, & piscibus, Ausibus, quadrupedibusq; murianis pullos suos. Verūm quid responsum sit Olao Magno Vpsalēsi Episcopo Albertus, non video, qui eius regionis, cæterarumq; Septentrionalium historiam persecutus est, hisque natales suos debet, & qui sic inquit: *Circa Sericiniam regionem Septentrionalem remotissimam Aquila grandis detrahit Leporis pelle oua sua inuoluit, cuius fœtisco calore pulli educuntur.* Sed nunquid hæc ratio sit incubitus in Aquilis, quemadmodum Aristoteles, Plinius & Olaus Magnus volūnt, & Albertus negat, mihi nondum compertum est. Homines literati & naturalium rerum indagatores alij hac in parte nobis subuenire, & defectum nostrū supplere poterunt, & exactiora quædam de his tradere. Sic nedum, quæ sit hæc Auis Scythica, aliquid certi, præterea quæ Aristoteles habet atque Plinius, cognoui.



Ornithologus hanc figuram, siue Aquilæ siue maioris cuiusdam auis, quàm propter magnitudinem, non in vnus, sed duarum aut plurium arborum vicinarum ramis nidificare tradit, sese ex tabula regionum Septentrionalium Olai Magni etiam desumpsisse scribit; nullam tamen Olaium in tabulæ, aut picturæ explanatione huius Auis mentionem facere. Nobis verò quoniam primo libro de admiranda eius magnitudine loqui simus, figuram eandem apponere placuit. Sed hæc tam in specie, quàm in genere de Aquilis dicta sufficiant. Nunc ad Vultures accedo.

**Finis Libri Secundi.**